

ro, de regul. lib. 6. Dec. in capit. 1. in 1. lect. numero 29. & in 2. lect. numero 10. de constitut. & in cap. quoniam contra numero 31. de probat. Alij autem, quod pœna legalis, nec peti, nec exigi possit. Baldus in l. iubemus, §. sanè. 1. vers. sed nunquid in foro conscientia, C. de sacrosanctis eccles. & in l. post decisionem, Cod. de furt. Pœna autem conuenientialis, ex quo habet conscientiam, salua conscientia, q̄ peti, & exigi potest; vt per Ancharam in dicta regul. possessor. Felynus capitulo primo, versiculo limita tertio, de constit. & in dicto capitulo audiuius, de simon. Fallit tamen si excederet interesse partis: quo casu, salua conscientia, vltra illud, quod interest, peti, aut exigi non potest capit. tuam, de pœnis. Hostiensis in capitulo dilecti, versic. par autem in parem. de arbit. & ibi Antonius de Butr. versiculo quadam est conuenientialis, Grammat. cõsil. ciuili. sexagesimo sexto,

epito. super 4. decertal. §. 94. dol. 2. subdens, quod neque est Theologi dissentiunt ab hac communi sententiã Canonistarũ. Bene tenetur in foro conscientia emendare, seu resarcire damnũ ex eo delicto par ti illatum iuxta ea, quæ dixi supra. q. 62. vers. vnum autem. Faciunt quæ dixi supra hoc eo. lib. §. furtum, vers. est igitur. Nec dicatur, q̄ delinquens videatur delinquendo consentire pœna, quæ a lege pro ipso delicto imponitur, quia illud est contra communem opi. Doct. vt attestatur Arius Pinellus in auth. nisi triennalis, nu. 32. C. de bono mater. Menchiaca in loco

vbi dicit hoc maxime procedere, quando causa secundum equitatem tractatur, prout est, quando causa agitur in confessorio Principis. Innocentius tamen in dicto capitulo tuam, de pœn. tenet, quod pœna conuenientialis etiam vltra id, quod interest partis, peti, & exigi possit. Vide Abbate in capitulo dilecti, numero decimoquarto de arbit. Item pœna, quæ ex delictis ipso iure committuntur, licet in foro conscientia peti, & exigi possunt, secundum Abbate in capitulo primo, versic. lo & primo limita. de constitut. & in dicto capitulo dilecti, versic. prædicta ego limita. de arbit. Felyn. in dicto capitulo primo, versic. & primo limitatur. de constitut. Corset. in singul. in dicto verb. cœna, incip. in foro conscientia. Guot. i Communi sententia Canonistarum. ] Supra in §. Furtum, ver. pœna autem. Drogh.

QVÆST. LXXXI.

De pœna talionis.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 De pœna talionis.
- 2 Et quid si accusator sit personã honestior, quam reus.
- 3 Et an hæc pœna talionis hodie sit sublata.

Ex Additionibus.

- 1 Talionis pœna non seruatur de consuetudine, nisi in teste.
- 2 Potestas compellens testem ad dicendum falsum tenetur pœna talionis.
- 3 Accusans memoriam defuncti tenetur eadem pœna.
- 4 Beneficium impetranti per priuationem alicuius ex delicto, non datur signatura quo ad priuationem, nisi se inscribat ad pœnam talionis.
- 5 Et qui seruatur in practica.
- 6 Accusator non admittitur in Curia Archiepiscopi Neapolitani, nisi se obliget de probando.
- 7 Accusationes falsas proponere solitus punitur amputatione linguæ, & capitis.

ADDITIONES, Ad Quæst. LXXXI.

QVÆST. LXXXI.

**H**onestiores mitius quam humiliores. ] qui sunt honestiores, & humiliores, & varias inter eos passim differentias, cumulari sup. ad q. 8. versic. Scias tamen ad fin. Drogh. b Sed quero nunquid. ] Far. tit. de accus. q. 16. vol. 1. Ross. Sed quero. ] Adde Petrum Duen. in reg. 27. vbi plenè, & ibi tenet, quod ista pœna talionis hodie de consuetud. non seruatur, nisi in teste, & idem tenet Bal. in l. 2. C. de reb. cred. Cass. in conf. Burg. rub. 1. in sit. des iustices, fol. 14. col. 3 nu. 15. Mille. in pract. fol. 25. num. 12.



**N**on est etiam omittenda pœna talionis a iure communi fuit introducta aduersus accusatores, qui calumniantur, & in probatione deficiunt, quæ quidem est similitudo supplicij, quod inferendum esset reo, si de crimine ipso conuictus fuisset. Sed pone, quod accusator sit persona honestior, quam reus, ita quod pro eodem crimine esset mitius puniendus, prout videmus in pœna legis Cornel. de scarijs, & alijs a

iure Digestorum impostis, in quibus honestiores mitius, quam humiliores puniuntur: nunquid accusator, qui est calumniatus, erit puniendus pœna, quæ pro crimine deberet imponi ipsi reo, an autem illa, quæ esset imponenda ipsi accusatori? Resp. quod debet puniri ea pœna, quæ imponenda fuisset reo; & fuit opi. Guliel. de Cui. quæ communitur ab omnibus approbatur, vt dicit Alber. in l. athletas, §. calumniator, nu. 4. ff. de ijs qui not. inf. Sed b Quæro, nunquid hæc pœna talionis hodie sit sublata. Respon. Affl. lib. 1. constitutionum, rubr. 23. post numer. 9. dicit, quod hæc pœna

Item t̄ adde, quod potestas compellens testem ad dicendum falsum, debet puniri pœna talionis. Bartol. in l. 1. §. 1. ad legem Corneliam de ficarijs, & Mille. in pract. fol. 23. numero 13. Et in hac materia vide etiam Couart. libro 2. variar. resolut. capitulo 9. nu. 1. & Menoch. de arbit. casu 322. numero tertio. Item t̄ adde, quod accusans memoriam defuncti, tenetur ad pœnam talionis, Gloss. in capitulo sanè, in uerbo nostra 24. quæstione 2. quam allegat, & dici esse bene not. Baldus in l. qui crimen 2. opposit. il. fin. Codic. qui accus. no. possunt. Roman. singul. 802. incip. tu scis, & Fral. dec.

de Aret. in l. Pantonijs, §. rei per duellionis, de acquir. hæred. Item t̄ adde, quod vbi quis impetrat beneficium per priuationem alterius ex aliquo crimine, non datur sibi signatura, quod ad priuationem; nisi se inscribat ad pœnam talionis. Gas in tractatu de crimin. læsa Maiestatis, quæstione prima in fine, & ibi numero 7. dicit etiam, quod talis inscriptio ad pœnam talionis, hodie non est in usu de iure ciuili, secus verò de iure canonico. Sed Foller. in pract. crim. canonica in verb. accusatione porrecta, numero 50. dicit, quod nunquam vidit fieri dictam inscriptionem, & quod idem attestatur Spec. in titu. de accusat. §. 1. numero 3. affecit tamen nerum esse, quod in plerisque Curijs sunt Synodales Constitutiones, & ritus super hoc expressè prouidentes, qui seruandi sunt: & quod inter ceteras curias est Neapolitana, quæ habet sextum ritum in ordine, quo cauetur, t̄ ut nemo ad accusandum admittatur, nisi se obliget ad certam pœnam de probando. Baiar. c Sed si loquamur. ] Duen. libro 1. reg. fol. 10. verb. accusans, fol. 9. & regul. 27. Menoch. cas. 322. Ross. d Scias tamen. ] Adde, quod ubi quis falsas solitus esset facere accusationes, puniretur in linguâ, & capitis amputationem secundum Baldum in leg. data opera circa finè. C.

hodie non est sublata, & al. legat l. fin. C. de accusatio. iuncta l. qui non, C. de calumniato, sed dicit sublata esse tantummodo solemnitate subscriptionis. Breuiter, si loquamur de iure Affl. verum dicit, quia etiã secundum iura nouissima talis pœna imponitur accusatori calumnianti: sed si loquamur de consuetudine, vti que pœna talionis est sublata hodie, & penitus recessit ab aula. Ita attestantur multi ex ijs, qui dicunt solemnitate subscriptionis sublata esse a consuetudine, præsertim 10. Andr. Barr. Salyc. Felin. Aret. quos omnes citauit supra q. 12. vers. ceterum, quos etiam refert, & sequitur Affl. libro 1. constit. rubr. 12. num. 16. & rubr. 51. §. in presenti, in princ. & lib. 2. rubr. 13. num. 7. Idè attestatur Alber. in l. eum, quem temere, in princ. nu. 3. in fin. ff. de iudic. & in l. seruum, §. publice, post nu. 23. ff. de procur. Salyc. in l. qui crimen, nu. 4. C. qui accusa. non possunt, & in l. non ideò minus, num. 3. C. de accusat. Card. Alex. in c. de accusatione, col. 4. in fin. 2. quæst. 8. Mantua cent. 1. num. 11. Blanc. in pract. crim. fol. 15. post num. 14. Caraita super ritu magna curiæ 199. nu. 2. Simanshas de hæres. cap. 62. num. 35. Apostil. ad Bellamer. dec. 71. Villalp. in re. pet. l. 22. cap. 21. post nu. 3. Et in specie illam non practi-

cari in Gallia attestatur Pa. po lib. 24. tit. 1. arresto 3. Ratio autem, quare consuetudo cassauit hanc pœnam, illa fuit, quia propter rigorem huiusmodi pœna multi se retraherent ab accusando: atque ita delicta remanebant impunita: pauci enim reperiebantur, qui cum tanto capitis sui periculo vellent accusationes criminales proponere. Et idè consuetudo, reiectis his penis, et difficultatibus, admisit quoscumque ad querelandum absque alia inscriptione. Ita dicit Gand. de malef. in rubr. qualiter fiat accus. post nu. 6. Scias tamen, quod licet sit sublata pœna talionis, si aliquis faceret capi aliquem, qui esset innocens, & appareret, quod id per calumniam fecisset, vt illum decapitari faceret, forte ipse non euitaret similem pœnam. Et refert Bald. in l. 2. numero quarto, C. de ijs qui latrones, quod propter hoc fuit de capitatus quidam Perusij. Et semel vidi in facti contingentia, quod quædam Angelina Corbeta, quæ accusauerat quosdam de Butr. quod illam per vim, & præpostera venere cognouissent, & deinde falsa fuerat querelam esse falsam, vix euasisset pœnam vltimi supplicij nisi fuisset pregnas: Sed hac re attentata, fuit tantummodo condemnata ad catenam infamem, 26. Augusti 1558. A. C. Et alias etiam quidam Christophorus Adornus propter falsam notificationem fuit per triennium ad trivemes condemnatus, 13. Septembris 1560. A. C.

quem sequitur Franc. Mar. in decisione 738. parte prima, & Lauren. Tenni. in causa prima, numero nono, & decimo, ubi dicit, si accusatus uult accusatorem teneri de falso, & capitis, & linguæ amputatione puniri, vel perquirat, an falsos testes, uel falsa instrumenta produxerit, aut falso accusare solitus sit. Baiar. e Quod id per calumniam fecisset. ] Sic & de Julio Cæsare loquitur Apianus Alexandrinus Romanæ Histor. Ciuil. bell. libro secundo. Hos inter (inquit) cum quidam seditione exorta, nihil commisisset, Cæsar Duclorè, quod illum accusasset, eius loco interficij mandauit, & habetur Eliber capitulo octauo, & refert Menoch. de arbit. iudic. libro secundo, centur. 4. casu 322. in fine: Plutarchus in uita Scipionis: maior pars, a quibus initium tumultus ortum erat, animaduertit, supra quæstio. 62. uersiculi. sed nunquid: ibi, pro resolutione eius articuli, & in fine dicti uersiculi: & uersiculi. Sed quæro nunquid, quæst. 12. uersic. Ceterum ad finè. Modum autem condemnandi calumniatorem, uide d. q. 62. uers. Sed quæro, & q. 60. uers. fui quandoque. Drogh.

QVÆST. LXXXII.

De penis statutarijs.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

Statutum primum circa damna data.

- 1 Quod villa teneatur pro damnis datis in eius territorio.
  - 2 Anstante hoc statuto possit damnũ probari per iuramentum ipsius damnum passi.
  - 3 Et quid si damnũ sit datum in consimilibus duarum villarũ, quæ villa teneatur.
  - 4 Et an teneantur contribuere absentes tempore maleficij.
  - 5 Quod bannitus possit impune offendere.
- Statutum secundum circa bannitos. Jul. Clar. Sent. Pract. Crim.

Quod nemo det auxilium bannito ibid.

- 6 Aduocatus, & procurator intercedens pro bannito an incidant in pœnam huius statuti.
- 7 Statutum puniens loquentem cum bannito an habeat locũ in eiscribente.
- 8 Vxor an teneatur alere virum bannitum.
- 9 Statutum prohibens matrimonium contrahi inter aliquos perjonas, an valeat.
- 10 Et quid si prohibeat contrahi matrimonium cum forensi.
- 11 Et an valeat statutum prohibens filiam contrahere matrimonium sine consensu patris.
- 12 Et an valeat statutum prohibens sororem nubere sine consensu fratris.
- 13 Et an valeat statutum priuans filium dote, si nubat indigno sine consensu patris.
- 14 Ingrediens possessionem alterius ex decreto iudicis inualido

an incidat in penam statuti de turbata possessione.  
Statutum quintum circa alienationes.

85 Statutum prohibens rem immobilem alienari in forensem sub pena an valeat.

16 Et an liget clericos.

17 Et an stante hoc statuto censeatur etiam prohibita heredis institutio.

18 Et an locatio.

19 Et an si forensi legata sit res immobilis, teneatur heres prestare legatario estimationem.

20 Et an censeatur prohibita prescriptio.

21 Et an ex alienatione facta contra dispositionem huius statuti transferatur dominium, vel possessio in forensem.

22 Et an cedens forensi actionem ad rem immobilem, incidat in penam huius statuti.

23 Et an hoc statutum habeat locum in alienatione necessaria.  
Statutum sextum circa delationem armorum.

24 Statutum puniens inuentum cum armis, an comprehendat etiam eum qui non fuit captus cum illis.

25 Et quid si puniat deprehensum.

26 Appellatione armorum an veniant arma defensiva.

27 Et an fustes, & lapides, & cultelli parui.

28 Si statutum prohibeat arma deferri post sonum campanae, an puniatur illa deferens in diebus Iouis, & Veneris sancti, in quibus non pulsantur campanae.

29 Deferens arma prohibita ad usum iuneris non est puniendus.

30 Habens domi arma prohibita non punitur.

31 Clerici deferentes arma prohibita, an possint a iudice laico puniri.

32 Portans arma prohibita debet ea perdere.  
Statutum septimum circa Blada.

33 Statutum prohibens exportare blada extra dominium an valeat.

34 Et an liget forenses.

35 Et an liget portantem per transitum.

36 Et an liget exportantem pro usu sui.

37 Et quid si mutato deinde proposito, illud vendat.

38 Et an tale statutum liget exportantem farinam.

39 Et an comprehendat eum qui non fuit apprehensus.

40 Et quid si deprehensus sit prius, quam exportet, sed in itinere.

41 Et an exportans merces licitas cum illicitis, perdat etiam licitas.  
Statutum octauum, quod pro aliquo delicto bona delinquentis deuastrantur.

42 Statutum iubens pro aliquo delicto bona alicuius deuastrari, an valeat.

43 Et quid si delinquens habeat plures domos in communi cum alijs.

44 Et quid si habeat ipse partem inferiorem domus, & alius superiorem.

45 Et quid si vxor pro dote sua se opponat deuastrationi.  
Statutum nonum augens, vel minuens penam.

46 Statutum duplicans penam pro maleficijs an habeat locum in blasphemia.

47 Statutum duplicans penam percipienti in domo potestatis, an habeat locum in percipientibus in consensibus ipsius domus.

48 Si adsint duo statuta duplicantia penam, quomodo sit facienda duplicatio.

49 Nox quomodo intelligitur in statutis duplicantibus penam in maleficijs commissis de nocte.

50 Statutum minuens penam consueti delictum, an habeat locum in eo, qui prius negauit.  
Statutum decimum puniens insultum.

51 Statutum puniens facientem insultum ad domum, an habeat locum in faciente insultum ad domum communem, ibid.  
Statutum vndecimum puniens percussiones, vel vulnera.

52 Si statutum puniat percipientem in centum, an si quis plures percussiones inferat, sit pluribus penis puniendus.

53 Et quid si eodem actu plura vulnera inferat cum tridente.  
Statutum duodecimum contra homicidas.

54 Statutum imponens penam pecuniarum pro homicidio an valeat.

55 Statutum, quod quis pro homicidio decapitetur, intelligitur de homicidio dolo.

Statutum decimumtertium contra fures.

56 Stante statuto, quod pro certo furto quis suspendatur, an computanda sint furta commissa extra territorium, & ea, pro quibus furum fuerat punitus.  
Statutum vltimum.

57 De statutis penalijs in genere.

Ex Additionibus.

1 Villa non dicitur, si non habet quinque patresfamilias.

2 Comunitas non teneatur, si victualis, vel alius facit iter per loca insolita.

3 Et quomodo probet se fuisse diligentem.

4 Et si ex processu appareat, quod homo fuit occisus in vno territorio, & in alio cadaver reperitur, que vniuersitas teneatur.

5 Et quid si medietas cadaveris reperitur in vno territorio, & alia in alio.

6 Vniuersitas soluens damna, poterit ea recuperare a delinquente postea reperi.

7 Et si impossurrit collectam, et ante exactionem delinquens reperitur, non erit ulterius collecta exigenda.

8 Villa non tenetur, nisi facta prius diligentia pro inueniendo malefactore.

9 Et quomodo contra ipsum procedatur, dum inquiritur malefactor, remiss.

Inde x in delicto occulto incipit inquisitionem a custodibus, ibidem.

10 Villa an teneatur, si Iudex cum inquisito processerit ad compositionem.

11 Et si non habeat bona in communi, quomodo collecta imponatur.  
Et an damnum passus teneatur contribuere, ibid.

12 Comunitas an possit cedere bonis.  
Caro, & corium non deducantur in emendatione bouis, ibidem.

13 Statutum de damno dato, an habeat locum in furto, & e contra.  
Damnum datum quando dicatur, remissive, numero eodem.

Actionem tantum ex pilate hereditatis dantur pro damno dato, & furto in hereditate iacente.

14 Damni causam dans damnum de disse videtur.

15 Animalia inuenta damnum dantis in agro alieno, an per dominum agri retineri possint.

16 Et quid in Regno Neap.  
Damnum ab animali illatum emendare, vel animal pro noxa dare tenetur dominus.

17 Villa, que teneatur, quando non reperitur malefactor, non potest conuenire, nisi prius confitet non reperi malefactorum.

18 Robaria appellatione quid contineatur.

19 Villa an teneatur, si adsit fama, & coniectura damnum fuisse datum ab inimicis.  
Damnum, vel incendium in dubio presumitur illatum ab inimico graui, vel capitali.

20 Villa non tenetur emendare damnum datum Ecclesie.

21 Statutum, quod vniuersitas teneatur de occiso, non habet locum, si cadaver inueniatur non habens vulnus, puta quia fuerit suffocatus.

22 Vniuersitas non tenetur in Regno Neap. si vulneratus aliquo tempore superuixerit.

23 Delicto incepto in vno territorio, & alibi consumato, que vniuersitas teneatur.

24 Damnum an probetur per iuramentum damnum passus.

25 Et quid si probetur contrarium.  
Probatio per euentiam facti admittitur, contra statutum disponens

disponens standum esse iuramentum damnificati.

26 Et quid si iurans excessiue iurauerit, an petatur reductio.

27 Et quid si reus petat exprimi diem damni, an damnum passus ad hoc teneatur.

28 Et an stetur iuramento damnum passus super incidenti, et emergenti.

29 Statutum, quid stetur iuramenta damnum passus, quomodo intelligatur.  
Famina potest iurare sicut masculus in damno dato.

30 Et an possit iurari contra laboratores, & operarios, remiss.

31 Probatio omnis est iudici arbitraria.

32 Et an hoc statutum procedat in fauorem forensis.

33 Et quid si damnum passus sit pauper, & minus legalis.  
Statutum disponens standum dicto alicuius intelligitur de dicto iurato.

34 Et quid si libellus sit ineptus.  
Iuramentum ex forma statuti de damno passus, cui, & quando sit deferendum.

35 Probatio plena requiritur, quando agitur contra tertium.  
Statutum dicens, standum esse iuramento domini, an intelligatur de possidente, an de proprietario.  
Et in eius casu stabitur iuramento proprietario.  
Ecclesiastica persona non sustinet onera temporalis gaudent beneficio statuti de damno dato.

36 Damnum datorum causa quomodo agitur in statu Ecclesiastico.

37 Absens tempore maleficii, an teneatur ad collectam impositam per vniuersitatem.

37 Accusatus de damno non potest puniri de furto.  
Statutum Secundum.

38 Scribens litteras bannito dicitur ei prestare auxilium.

39 Bannitus non dicitur, de cuius banno disputatur.

40 Statutum prohibens loqui cum bannito quomodo intelligatur.

41 Et an habeat locum in scribente.

42 Et an in mittente nuncium.  
Statutum Tertium.

Matrimonium per Principes, nec per alios quouis modo prohiberi potest, ibid.

43 Statutum prohibens contrahi matrimonium cum forensi an valeat.

44 Filius familias an contrahat matrimonium sine consensu patris.

45 Et an possint omitti denunciations, ne pater sciens tale matrimonium illud impediat.  
Statutum Quartum.

46 Turbatina quomodo excusetur.  
Turbationis modi remiss.

47 Turbatina quomodo probetur.  
Predo turbatus ante omnia restituendus, & manutenendus.

48 Turbatinam quando laboratores committere dicantur.  
Turbatina quibus verbis inducatur, ibid.  
Turbare an quis dicatur agendo in iudicio, remiss. ibid.

Statutum Quintum.

48 Qui prohibetur legare, non prohibetur donare.  
Statutum Sextum.

49 Arma portare quando liceat remissive.

50 Arma venenata portans an sit magis puniendus.

51 Armorum delatio potest per Magistratum prohiberi.

52 Officialis potest prohibere suum antecessorem, ne arma deferat.

53 Appellatio an admittatur a prohibita delatione armorum.

54 Et an a declaratione incurtus pena.

55 Mulieres an teneatur pena proclamatis, prohibentis armorum delationem.

56 Et an proclamatis pena prohibentis ire de nocte.

57 Statutum prohibens armorum delationem ad festam, non ligat transeuntem per illum locum, et se firmiter ad aliquid emendum.

58 Et an liget equites priuilegiatos.

59 Arma iuxta aliquem inuenta an illius esse presumatur.

60 Familia volente aliquem inspicere, an porcet arma, si ille resistat, an in penam incidat.

61 Familia Curia asserentibus se inuenisse aliquem cum armis an credatur.

Et an ex ea relatione possit venire ad condemnationem, num, eodem.

62 Et quid si repertus cum armis aufugerit in damnum, an possit extrahi.

63 Arma amittuntur a portante, licet nihil dictum sit in proclamate de amissione illorum.

64 Et cui acquirantur.  
Et quid seruetur in practica, ibid.

65 Arma deferens, si per Iudicem videatur, potest puniri sine alio processu.

66 Statutum de armis an extendatur ad arma defensiva.

67 Armorum appellatione quid veniat, remissive.

68 Et an dentes.

69 Et an arma rusticalia.

70 Et an fustes, & lapides.

71 Et an cultellus ad panem.

72 Armorum delatio quando sit concedenda, remiss.

73 Campanario non pulsante campanam hora solita, quid sit agendum.

74 Arma per momentum habens, an debeat puniri.

75 Arma deferens ex privilegio, si cum illis offendit, perdit privilegium.

76 Forensis an teneatur ex delatione armorum.

77 Doctores impune arma deferunt.

78 Arma ligata portans non dicitur habere malum animum.

75 Statutum prohibens delationem, vel detentionem sclopi, quomodo intelligatur.  
Statutum Septimum.

80 Statutum prohibens exportationem frumenti sub pana confiscationis, an comprehendat saccum.

81 Et an intelligatur de pane, farina, hordeo, & leguminibus, remissive.

82 Dicens in extrahendi bladum durat per septem dies.

83 Debet precedere extractio non subsequi.

84 Et an prae dictum statutum liget forenses agricolas quo ad suam partem.

85 Forensis quis dicatur remissive.

86 Domicilium contrahi quando dicatur, remissive.

87 Clericus an ligetur dicto statuto pro fructibus bonorum ecclesiasticorum.  
(catura)

88 Ex portans an in dubio censeatur exportare pro victu, vel merces, si quis incepit extrahere, nec perfecit poterit adhuc sine pana extrahere.

90 Bladum extrahens, in itinere inuentus, an penam incurrat.

91 Equus alienus, seu currus, an incidat in commissum ratione fraudate gabellae.  
Statutum Octauum.

92 Domus diruenda debet dirui a fundamentis.

93 Domus an possit dirui pro contumacia.

94 Domus in statu Ecclesiastico diruuntur pro pace fracta.

95 Domus communis an possit dirui.

96 Et quid si sit alteri obligata.

97 Et an destructa possit reaedificari.

98 Vxor an possit impedire demolitionem domus mariti sibi obligata pro dote.  
Statutum Nonum.

99 Statutum duplicans penas in delictis nocturnis, procedit in penis pecuniarijs tantum.

100 Et an in dubio delictum presumatur commissum de die, vel nocte.

101 Et quando dicatur committi de nocte vel de die.  
Initium verborum attenditur ad excusationem delicti.

102 Statutum quod confessus mitius puniatur, an procedat in negante a principio, & postea consistente.

103 Et an in consistente metu probationum, & tormentorum.

104 Et an in consistente delictum, sed negante eius qualitates.

105 Et quid si pena est imposita ipso iure.

106 Et quid si pena non est mitigabilis.

107 Et quid si sint detrahende duae quartae.

108 Et an procedat in causa appellationis.

109 Statutum, quod condemnati soluentes in termino habeant beneficium quartae, porrigitur ad condemnatos carceratos.